

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Proverbium Male parta male dilabuntur**

**Hanke, Gottfried  
Wachtel, Justin**

**Helmetstadi, [1698]**

**§. III**

**urn:nbn:de:bsz:31-102693**

An übel gewonnenen Guth

Hat der dritte Erb weder Freud noch Muth.

*Belge* hoc ita efferunt:

Qualiick gewonnen, qualiick verteert:

't gaet soot gekomen is.

Idem significat *Gallorum* proverbium,

Ce qui vient de la fleute, s'en retourne au tabourin:  
nec non illud *Italorum*:

Quel che vien di ruffa raffa, se ne va di buffa à biffa.  
Taceo in præsenti alia aliarum gentium nationumq;  
atq; sapientum virorum adagia idem significantia.

§. III.

*Malè partorum* nomine veniunt omnia injustè &  
injusto modo acquisita, sive fuerint bona privatō-  
rum, sive publica, sive sacrī, sive profanis usib; de-  
stinata, sive vi, sive fraude & per varias circumventio-  
nes, vel in contractibus, vel extra contractus parta.  
Spectant huc quoque bona per avaritiam corrasa, ut-  
pote quæ inter bona illegitime compilata re Etè locum  
suū inveniunt, & eadem cum *malè partis* fata habere  
solent, quod non sint durabilia, sed *malè dilabantur*,  
vel apud ipsos injustos acquirentes, vel apud horum  
hæredes. Ex dictis patet, ditescentibus per malas ar-  
tes annumerandos etiam esse simoniacos, muneribus  
corruptos judices atque patronos, & quodcunq; aliud  
turpe, & cum injuria tertii conjunctum lucrum se-  
stantes. Modus, quo *malè parta malè dilabuntur*, non  
unus, sed varius est. Notabimus illum, præcipua ex  
parte, infra §. 7. & 8. ubi de eo, unde sit, quod  
*malè parta malè dilabantur*, acturi sumus. Valet  
autem hoc proverbium, uti plura alia, non nisi  
*ut plurimum*, & veritatem hujus dicti eventus

si non

si non  
autem  
male di  
enim tu  
libro, à F  
& ex R  
versitez  
est man

Co  
(1) Tel  
hil frag  
donni si  
non con  
aranear  
textas  
bili ita  
omnino  
aut inc  
labore  
tempo  
(2) I  
prehens  
mus ne  
dum ti  
quanda  
men ad  
fione ill  
perit, in  
dum Gib  
alienaro  
em fibi c

Si non semper , saltem plerumque comprobat. Cave autem hanc propositionem invertas , quasi omnia malè dilapsa sint etiam malè parta. Contrarium enim tum aliunde , tum ex *Antonii Mariæ Gratiani libro*, à *Flecherio* edito, de casibus virorum illustrium , & ex *Rabutini Comitis de Bussy* libro , l' Usage des adversitez , ou l' histoire de plus illustres Favoris , satis est manifestum.

S. IV.

Comparantur male parta inter alia

(1) *Telis aranearum* , utpote quibus nihil tenerius , nihil fragilis est. *Impii fiducia est domus aranei*. Cui domui si quis innitatur , non stabit , si eam apprebenderit , non consistet. Job. VIII. 14. 15. Nullus enim nescit aranearum telas multo labore diligentiaque contextas , tenuissimis filis artificio prorsus mirabili ita ductis , ut ratione carentis animalis solertiam omnino superare videantur , aut vento dissipari , aut incidente lapillo , aut folio perforari , totumque laborem in eis contexendis impensum momento temporis interire.

(2) *Domui tinea*. Sicuti enim tinea in veste deprehensa statim excutitur , ita etiam impii domus non erit stabilis , aut diurna. Et quemadmodum tinea lignum excavando , sibi domunculam quandam , aut cavernulam construere videtur , quæ tam ad brevissimum tempus durat : nam ligno arratione illa labefactato & confracto , etiam tineæ domus perit , imo sibi perniciem illam comparat & conciliat , dum sibi domum ædificare videbatur ; ita qui injustè aliena rodendo rem suam amplificare studet , perniciem sibi certissimam struit.

(3) *Aqui-*